

QK. 304

v. Meyendorff



X 2005961

CARMEN GRA-

TULATORIUM LOCO ΠΡΟ-

ΠΕΜΠΤΙΚΟΥ SCRIPTUM IN HO-

norem, nobilitate generis, eruditione, pietate, & scientia

iuris, præstantis viri D. IOHANNIS

à MEIENDORFF, à Serenissimo

& inçlyto Polonorum Rege ad

munus Secretarij nuperri-

me accersiti.

AVTHORE

THRASYBULO CLI-

DIPYRGO GNISIO.

ADIVNCTA EST COPIA

Literarum, in quibus vocatio Do-

mino Iohanni à Meien-

dorff offertur.



ANNO DOMINI M. D. LXVIII.

XXII. Iulij, simpliciter pieta-

tis amore.



NOBILITATE GENE-
RIS ERUDITIONE, PIE-
TATE, ET SCIENTIA IVRIS

conspicuo viro, Domino Iohanni à
MEIENDORFF, Regis
Polonorum inclyti futuro

Secretario εὐ

πράτηρ.

THRASYVLVS CL
dipyrgus Gnifius,

M Eïndorffi nostris merito celebrande Camænis,
Qui veræ laudis nomina magna tenes.
Si vacat, & grauibus succedunt otia curis,
Nec quod agas aliud prouida cura monet:
Carminibus nostris vultus adhibeto benignos,
Quæ canit in laudes nostra Thalia tuas.

τέλθ.



D. IOHANNIS A

MEINDORFF, VIRI

optimi & Iuris cognitione

præstantissimi.

Fama volat niueis pennis per Teutonis oras
 Undiq; ab vrbe, dedit cui nomen virgo pudica:
 Et clamat MEINDORFF claris natalibus ora
 Nunc celeres gressus moliri ad limina Regis (tum,
 Poloni (infandum) Germana stirpe relicta.
 Vera loquor, quid enim me falsa referre iuuabit?
 Ille quidem MEINDORFF Polono à Rege vo-
 Sidere felici, nam vere est regia felix, (catur
 Numine quæ tali cælesti à Rege beatur:
 Verum Teutonicis infausto sydere terris
 Discedit, tanto quæ lumine nunc spoliantur.
 Sic voluere dy forsan: sed tu mihi veram
 Musa refer caussam, cur nostro è littore cedat.
 Nec mora, Musa venit tenues delapsa per auras
 Celsa humeros, auro fulgens, ac talibus infit:
 Hunc Heroa virum verè fortuna respexit
 Condet enim MEINDORFF immania, NOBI.
 Poloni Regis (magni res ista laboris) (LIS, acta
 Nec

Nec tibi quod dubites superest, en regia charta,
Quam proprijs manibus conscripsit nuper ad ipsum
Polono Regi qui proximus adstat in aula.
Rumpe moras igitur cunctas, & carmina iam iam
Heroo pede conscribas, est carmine dignus
Heroo, hinc elegi procul hinc procul ite Nasonis
Non MEINDORFF arbusta iuuant humilesq;
Nam Parnasiacis Pallas nutriuit in antris, (myricæ,
Hunc puerum, & septem didicit feliciter artes,
Hunc decorat sacri veneranda scientia iuris.
Quicquid habet Baldus, Iason, Accursius iste
Perdidicitq;, graues potis est componere caussas
Bartolus hunc iuuenem, nec non, qui nomine claret,
Paulus Castrensis leges docuere Forenses.
Ille etiam multas medijs cum noctibus horas
Attribuit sacris. IN SVMMA hic plurima nouit
Humanæ vitæ quæ præbent commoda & vsum
Multorum mores hominum cognoscit & vrbes.
Austria leta fuit viso hoc, & Misnica tellus,
Audiit hic quondam magna cum laude Philippum
De nigra terra, qui clarum nomen habebat.
Adde quod hunc iuuenem magno est complexus amore,
Sturmius ingenium propter, Vergerius atq;
Teutones & Latij summo hunc dignantur honore
Propter

Propter doctrinam, qua par est vel Ciceroni,
Cui fuit æterni doctrina ignota parentis,
Quam MEINDORFF didicit felix iuuenilibus.
Ac veluti torrens, qui rauco murmure currit (annis
Conciliat somnum fessis, curasq; repellit:
Sic MEINDORFF dictis animos & pectora
Non ego centuplici fuerim si præditus ore (mulcet.
Carmine sufficerem cunctas comprehendere laudes
MEINDORFFI: hæc celeri scribas Thrasybule
Hæc mihi Musa refert, subitoq; euasit in auras. (notatu

Gratulor ergo tibi versu doctissime Iane,
Ite bonis auibus, melioribus atq; redito.
Dum Saxo potum, fluuios dum piscis amabit,
MEINDORFFI nomen durabit, nomine clarus
Perpetuo viuet, virtusq; hunc vera sequetur
A tergo, virtus nullis moritura diebus,
Nunc dicent homines cuncti: Polonica tellus
O te felicem, te terq; quaterq; beatam,
O cæcas hominum mentes, ô pectora cæca,
Hic in Teutonica terra, quæ commoda tanta
Negligit, & talem nostris dimittit ab oris
Heroa, ô MEINDORFF patriam sic deseris?
Linqvis amicorum turbam? vestigia pone, (atq;
A 3 Nunc

Nunc retro, atq; tui iam cœpti contrabe vela.
Præsentem fugimus virtutem ac odimus ipsi,
Quærimus amissam: quid quæso candide Iane,
Commodius poterit dici? sic nescia sortis
Semper mens hominum præsentis, nec sibi constat.

Sed quid ego in vanum nunc tempora & otia perdo,
Laudando hunc hominem, cui non est Musa Maronis
Sufficiens, igitur doctis hæc mando Poetis,
Liberiore stylo qui fundunt Carmina sacra.
Si tuus est animus, Poloni inuisere terram
Regis, Iohannes, felicia cuncta precamur.
Quod superest summo te nunc commendo Tonanti.
Quem precor, vt sacro tua numine pectora seruet,
Sydere felici discedas, sis memor oro
Ipse tuæ patriæ, sis charis gratus amicis,
Sic tua perpetuos durabit fama per annos,
Sicq; tuam laudem delebit nulla vetustas.

SOLI DEO GLORIA.

Amen.

COPIA

COPIA EPISTOLÆ

VOCATIONIS.

STANISLAVS SANDIVO.

gius Dominus à CZARNKOVV,

Commendator Posnaniensis, Capita-

neus Drabimensis: ac Curia in-

chyti Regis Poloniae, Refe-

rendarius ac inter-

nuncius, &c.

S. Humanissime doctissimeq; vir, magna cum volu-
ptate animi recordor illius temporis, quo cum Magde-
burgi essem, tecum mihi data est occasio familiariter lo-
quendi. Perspexi enim in te & morum & eruditionis
non vulgarem elegantiam, quam & tum mirificè ama-
ui, & postea domum reuersus in aula aliquoties apud
Sereniss: Regem Poloniae dignis laudibus prædicavi:
Honestissima vero tui commendatione is permotus, cœ-
pit diligentius aliquanto de te percontari, & cum de
Germano aliquo Secretario, homine eloquente, & Lati-
ne eleganter docto, quo vti posset in Legationibus, hoc
tempore cogitaret, mihi, qui de te præclare sentirem, &



honorificè sæpe locutus essem, mandauit, vt te ex Germania ad id munus quam primum accerferem, quod ego quidem & Regiæ voluntati obsecutus, & tibi, cum quo in eadem Aula iucunda mihi futura esset coniunctio, gratificatus perlibenter feci.

Senerissimi ergo Poloniæ Regis nomine à te peramanter peto, vt facta summa tuarum cogitationum nobis de tua voluntate perscribas, & significes, an tibi, quod speramus, integrum sit, oblatam Prouinciam capessere. Ego quidem, qui intelligo, quantam accessionem & dignitatis & fortunarum Prouincia illa tibi allatura esset, autor tibi sum, vt posthabitis omnibus cæteris rebus, ad ipsam animum adicias. Ad stipendium verò quod attinet, polliceor id tibi à Rege liberalissimo, & eiusmodi virorum, qualem te commendauimus studiosissimo lautissimum, tuæque eruditione dignum. Quod reliquum est, hæc sunt, quæ animo declarandæ meæ in te beneuolentiæ per Regium veredarium *V* Volfferbytum ex Aula nostra missum, quam celerrime significanda tibi duxi: qui si nimia festinatione literas ipse aut non porrigat, aut ad porrectas respondendi otium tibi non concedat, peto vt Posnaniam, quo certorum hominum potestatem

tem

tem tibi non defuturam existimo, quam primum literæ
de tua voluntate mittantur. Vale. Craco-
uia ad VII. Idus Maij. Anno
M. D. LXVIII.

Stanislaus Sandinogius Domi-
nus à Czarnkow, &c.

Manu propria.

IN DISCESSVM CLA-
RISSIMI VIRI D. IOHAN-
NISA MEIENDORFF,
μνημόνευμα amicitiae ergo,
C. C.

Agnoscat minime proprios cum patria vates,
Id quod testatur Filius ipse Dei.
Extera iure tuis nunc excita natio donis,
In laudes Iane est officiosa tuas.
Dum mandare tibi regalia munera gestit,
Inq; tuam defert abdita quæq; fidem.

A 5

Quis

*Quis nisi mentis inops hos auerfetur honores?
Quis non hæc auidè captet vtraq; manu?
Perge igitur virtute tua inclarescere Iane,
Atq; tui generis nobilitare decus.
Sanna leuis vulgi valeat, pulcherrima certe
Res est Principibus complacuisse viris.
Inuolitant nitidæ palatia celsa columbæ,
Hæret in obscuro Regulus ipse loco.*

SOLI DEO GLORIA.



CICERO IN LÆLIO

SIVE LIBELLO

de Amicitia.

Nihil est amabilius Virtute,
nihil quod magis alliciat ho-
mines ad diligendum: quippe
cum propter Virtutem & Pro-
bitatem eos etiam quos nun-
quam vidimus, quodammo-
do diligamus. Cuius ea est Vis,
vt eam (quod maius est)
in Hoste etiam di-
ligamus.


τέλος τῷ θεῷ δοξα.

Zc 6517 PK

Nihil est antipolius Virtute
nihil quod magis elucet
mines ad diligendum: quippe
cum propter Virtutem & Pro-
bitatem eos etiam duos nra
quam vicinus, quodammodo
do diligamus. Quis est Vis
ut eam (quod minus est)
in Hoste etiam di-
ligamus.

ME





B.I.G.

Farbkarte #13

v. Meyendorff

Zc
6517

X 2005961

IN GRA

IN M LOCO PRO
IPTVM IN HO

ruditione, pietate, & scientia

D. IOHANNIS

RFF, à Serenissimo

onorum Rege ad

etarij nuperri

ccersiti.

HORE

BV LO CLI

GNISIO.

EST COPIA

uibus vocatio Do

nni à Meien

offertur.

MI M. D. LXVIII.

y, simpliciter pieta

amore.

BIBLIOTHECA
NICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)